UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

narius, ſed delegatus cenſetur. *Marant.par.4.diſt:5.n.16.Sbrozz. lib.3:q:2.num.20.& ſeq:* Vnde in tali caſu à Vicario ad Epiſcopum appellatur, *vt dicunt citati DD.* regulá enim eſt, quod à delegato ſiue ad vnam cauſam tantum, ſiue ad vniuerſitatem cauſarum appellatur ad delegantem *cap.dilecti filij 3.vbi gloſ.in ver. poſt huiuſmodi appellationem ex.de Appell.Bart. in l.1:§.ab eo in fin. ff. quis, & à quo appell.Sbrozz.d.q.2.n.15.*

3 Hoc autem procedit, quando huiuſmodi cauſę ſeparatim committuntur; ſecus ſi addatur in litteris clauſula generalis poſt aliquot ſpecialium expreſſionem: aut ſi committantur ſimul cum ordinaria poteſtate *Sbrozz. de Vic.Epiſc.lib.1.q:67 num.3. & lib. 2:q.55 num.37.& 39. & alij apud Garc.de beneſ.par.5.cap.8:num.41. Barboſ.par:3.all.54. num.52.*

4 Obſerua tamen, quod licèt Archidiaconus Epiſcopi Vicarius ſit, & ordinaria à lege ratione officij, & dignitatis ſibi tributa fruatur iuriſdictione, tamen quia non eamdem, quam Epiſcopus, ſed inferiorem obtinet, ideò ab illius ſententia ad Epiſcopum appellatur *cap:Romana §.ab Archidiaconis de Appell. in 6.*

5 Quæres, an à decreto interloquutorio Vicarij per viã recurſus appellari poſſit ad Epiſc. affirmatiuè reſpõdet Barb.*de off.& pot.Ep. p.3.all.54.n.50.& ſeq.vbi citat Put. lib.2.dec. 502. & alios:* quia ſicut Vicarius decretum interloquutorium mutare, ſiue emendare poteſt *cap:cum ceſſante de appell.* ità etiam Epiſcopus, qui eamdem cum Vicario iuriſdictionem, & auditorium habet *d.cap. Romana vbi.DD.eod.tit.in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Quando iuriſdictio abſolutè cõceditur per illa verba, auctoritate apoſtolica, vel tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, tunc Epiſcopus delegatus cenſetur, & ab eo ad Papam appellatur.*

2 *Quid ſi in conceſſione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam Apoſtolicæ ſedis delegatus.*

3 *Et quid ſi Papa mandat Epiſcopo id, quod poteſtate ordinaria poteſt facere.*

4 *Quando in conceſſione remouentur obſtacula exemptionis, vel priuilegiorum, tunc ab Epiſcopo ad Metropolitanum appellatur.*

5 *Smiliter ad Metropolitanum appellatur, quando aliqua poteſtas à iure, ſeu Concilio ſpecialiter Epiſcopo conceditur, ſimpliciter tamen nulla adiecta clauſula.*

CAP. XII.

Ad quem appellandum ſit quando Epiſcopus proceſſit vti ſedis apoſtolicæ delegatus.

1 PRo faciliori intelligẽtia diſtinguendi ſunt plures caſus, de quibus etiam egimus ſupra

 pra